



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118332

§. 22. Pax inter Principes Italia per Pontificem conciliata

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

Sæcul. XV.
A.C. 1468.

§. XXII.

*Pax inter Principes Italiæ per
Pontificem conciliata.*

Paulus II. licet plurima undique opponerentur obstacula, ut tamen pacem inter Italiæ Principes componeret, assiduam impendit operam, ac tandem superatis ferme innumeris difficultatibus dissidentes feliciter conciliavit. Lætitiæ ubertas, quam inde concepit, haud æquius æstimari poterit, quam ponderata laborum mole, cui ut rem perficeret succumbere debuit. Itaque ut pro tanto beneficio meritam, debitamque Deo persolveret gratiam, in Die Ascensionis Domini hæ hoc anno Romæ augustiori pompa sacrificium obtulit, ac decantato versiculo *Agnus Dei* non modo Cardinales sibi ad aram ministrantes, sed ceteros omnes cunctosque Principum Legatos ad osculum pacis admisit; quo ritu expleto Dominicus Brixienfis Episcopus ornatissimum sermonem de pace habuit, omnesque Principes ad bellum Turcicum ferventer adhortatus est; ut enim sacra hæc militia promoveretur, tanto studio Pontifex pacem conciliare satagebat.

*Papiens.
Com. lib. 4.
Et epist. 295.
Platin. in
Paul. II.*

§. XXIII.